

gatione prædictorum Cardinalium, & Prælatorum ad hoc specialiter deputandis, negotio mature perpenso, ac computatis hujusmodi redditibus, elemosynis, & obventionibus universis, atque oneribus ut supra detrahitis, sedulo examinent, quot Religiosi homines connumeratis etiam laicis, aliisque necessariis servientibus in unoquoque monasterio, conventu, collegio, & domo regulari, quamvis ut præmittitur, sit hospitium, seu alterius monasterii membrum juxta proprii Instituti morem, victum, & vestitum, ac medicinalia in communi habentes, commode valeant sustentari; omnibusque diligenter discussis, familie cujuscumque monasterii, conventus, collegii, ac domus regularis hujusmodi, in qualibet provincia, vel congregatione, certum earum tantum personarum numerum præfigat, quæ redditibus, elemosynis & obventionibus ut supra competenter ali possint, easque numeri præfixiones una cum originalibus scripturis super statu cujusque monasterii, ac domus regularis, ac Superioribus, ut præfertur, confectis, infra alios quatuor menses eidem Congregationi Cardinalium, ac Prælatorum exhibeat, ut ab ea recognoscantur, & approbentur.

§. 4. Quod si memorati Superiores ac Procurator Ordinis intra præfixum terminum prædicta adimplere neglexerint, privationis vocis activæ & passivæ, nec non officiorum, quæ tunc temporis obtinebant, & inhabilitatis ad illa, vel alia impostorum obtinenda, perpetuam poenam eo ipso absque alia declaratione incurrant, rehabilitatione nobis, & Sedi Apostolicæ reservata.

§. 5. Interea verò prohibemus, & interdiciamus omnibus, & singulis Capitulis, & Congregationibus Generalibus, & Provincialibus, & Conventualibus, nec non Superioribus, tam Generalibus, quam Provincialibus & Localibus antedictis, ne deinceps quemquam ad habitum suæ Religionis recipiant, nec jam receptos aut impostorum contra hujusmodi prohibitionem forsitan recipiendos, ad professionem admittant, donec scripturæ prædictæ, ac præfixiones numeri familie cujuscumque monasterii, ac domus regularis hujusmodi, eidem Congregationi Cardinalium, & Prælatorum realiter, & cum effectu fuerint exhibitæ, ac deinde memorati Superiores licentiam recipiendi ad habitum, & professionem ab eadem Congregatione obtinuerint. Alioquin receptiones tam ad habitum, quam ad professionem aliter factæ, sint ipso jure nullæ, nullamque inducant obligationem ad religionem in specie, vel in genere, aut ad alios quoscumque effectus.

§. 6. Nihilominus contravenientes sententiam excommunicationis incurrant, à qua per alium, quam per nos, & Romanum Pontificem pro tempore existentem, nisi in mortis articulo constituti, absolvi non possit.

§. 7. Non obstantibus quoad præmissa omnia, & singula constitutionibus, & ordinationibus apostolicis in favorem quorumcumque personarum atque Ordinum tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Congregationum, Societatum, & cujusvis alterius instituti, etiam Societatis Jesu, & monasteriorum, conventuum, collegiorum, domorum, ac locorum Regularium quorumcumque, nec non illorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, vel consuetudinibus etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, iudicatis, & privilegiis etiam ex causa, & titulo oneroso, vel in limine foundationis, etiam in mari magno, seu *hulla aurea*, aut aliter nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, etiam ad Imperatoris, Regum, seu aliorum Principum instantiam, aut aliis quomodolibet etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis quoad ea, quæ præsentibus quomodolibet adversantur, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque tenoribus, & formis specialis, & individua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quavis alia expressio habenda, aut quavis alia exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi ac si de verbo ad ver-

bum nihil penitus omisso, & formâ in illis tradita, observata inseri forent, præsentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem &c.

§. 9. Quodque earumdem presentium transumptis &c. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 17. Decembris 1649. Pontificatus nostri anno sexto.

Constitutione publicata, ad faciendum illius executionem confecta est formula typis excussa, & ad Superiores cujusque monasterii transmissa, in qua Italico idiomate tamquam in tabula monstratum est, quo ordine, quave ratione describendus sit cujusque monasterii status. Hinc infra terminum octo mensium in prædicta constitutione præfixum Regulares omnes, cujusque ordinis, congregationis, societatis, & Instituti ea, quæ decet obedientia, paruerunt; nam ex omnibus Italie provinciis, & adjacentium Insularum exhibitæ fuerunt scripturæ originales statum singulorum monasteriorum continentibus, subscriptæ, ac juramento firmatæ una cum sumario reddituum, & expensarum, ac præfixione familie uniuscujusque monasterii. Post hæc Prælati ipsius Congregationis designati Religionum plene retulerunt illarum statum in genere, & singulorum monasteriorum in specie, juxta methodum per manus delatam.

Cum vero ex hujusmodi relationibus compertum esset, multas Religiones constare ex quamplurimis conventibus, in quibus ob redditum tenuitatem actu nonalebantur, nec ali poterant tot Religiosi, quot sufficienter ad observantiam regularis discipline, idcirco in pluribus sessionibus mature deliberatum fuit de illorum suppressione, ac reddituum applicatione, & facta Sanctissimo relatione; Sanctitas sua probavit Congr. sententiam, & d. Fagnanum ipsius Congregationis Secretarium deputavit die 22. Julii 1562. qui pro rei magnitudine transmisit per manus Cardinalium, ac Prælatorum distinctis vicibus dubia supra sexaginta, quæ in Congregationibus habitis de mandato Sanctissimi pro singulis hebdomadas fuerunt accurate discussæ, ex quorum resolutionibus confecta est materia pro compilanda bulla desuper edenda. Et cum d. Fagnano similiter demandata esset provincia conficiendi illius minutam, & illa confecta, & Sanctissimo delata, ab ipsoque mature considerata, atque de ejus mandato Cardinalibus, Prælatibus considerata, & in plena Congr. discutenda, & examinanda, tradita, ab ipsoque unanimi consensu approbata, mox Sanctitatis sue jussu edita fuit, & locis publicis affixa constitutio *incipit*. Instauranda regularis discipline, & vide ipsam supra art. 1. n. 5.

Hinc biduo post publicationem bullæ Sacre Congregationis dedit literas ad singulos Superiores Generales Religionum in Curia existentes, in quibus nominatim expressit parvos conventus in illa Religione suppressos, ut sic satisfaceret illis verbis bullæ: *In literis ab eadem Congregatione propediem expediendis nominatim exprimentur*. Et subinde die 10. Decembris ejusdem anni 1652. scripsit literas circulares cum insertionem bullæ impressæ ad unumquemque Episcopum in Italia, & Insulis adjacentibus, in quibus primum expressit itidem nomina conventuum suppressorum in illa diocesi, ac deinde ipsi Episcopo commisit, ut una cum Capitulo suæ Cathedralis ad præscriptum bullæ referret, quibus piis usibus existimaret esse applicanda bona cujusque conventus suppressi, præcipuamque rationem habere tenuitatis parochialium, deputations Coadjutorum pro cura animarum, & Capellanorum pro missis celebrandis, item maintenance seminarii, hospitalium, monasteriorum Monialium, & consilium.

Has autem relationes ab Episcopo, & Capitulo subscriptas obignatasque ad Sac. Congr. transmissas, atque ubi oportuit emendatas, Sanctitas sua ad se relatas approbavit, executionemque mandari, & in cancellaria episcopali registrari præcepit, moxque decreta hæc applicationis, ac partitionis bonorum una cum literis ipsius Congregationis ad singulos Episcopos transmissa fuerunt, & sic pariter satisfactum fuit verbis bullæ, ibi: *Bona hujusmodi applicamus, & applicata esse decernimus, &*

declaramus, piis usibus in eisdem locis, ubi siti sunt conventus, isque non indigentibus, in illis locis ejusdem diocesis juxta designationem, & partitionem, quam eadem Congregatio singulorum Episcoporum cum suis Capitulis sententia prius audita, & plena totius negotii relatione habita de mandato nostro faciet in suis literis ad eosdem Episcopos scribendis, &c.?"

Quia vero in d. bulla, *Instauranda*, comprehenduntur non modo parvi conventus, sed etiam grancie, seu alterius monasterii membra, licet curam animarum habeant annexam: idcirco de mandato Sanctitatis suæ data fuerunt literæ tum ad Superiores Generales cujusque Religionis in curia existentes, tum ad singulos Episcopos in Italia, & Insulis adjacentibus, in quibus nominatim exprimuntur hujusmodi grancie, & membra, & mandatur Episcopis, ut Regulares Sacerdotes in eis habitare non permittant, sed pro custodia, & administratione bonorum deficientibus personis secularibus idoneis, si nant Regulares uti opera suorum conversorum; cum hoc tamen, ut in earum capellis missæ juxta solitum celebrentur saltem diebus festis per Sacerdotes seculares, aut etiam per Regulares, qui tamen in eis non pernociant. In Curatis vero, seu parochialibus, non permittant curam animarum exerceri per Regulares, sed ad id deputent Sacerdotes seculares idoneos in Vicariis perpetuos, vel amovibiles à Superioribus Regularibus nominandos, cum congrua fructuum portione ipsius Episcopi arbitrio assignanda ad præscriptum S. Conc. Trid. c. 7. sess. 7. & reliqua ipsarum granciarum, seu parochialium bona monasteriis principalibus dimittant. Et in hac dispositione granciarum, & parochialium Sanctitas sua declaravit comprehendere etiam Canonicos Regulares Lateranenses, quos nolit extra claustra degere pro cura animarum exercenda, non obstante dispositione *cap. Quod Dei timore, de stat. Monach.* & in hac sententiam scriptæ fuerunt literæ ad complures Episcopos.

Quoniam vero in eadem bulla, *Instauranda*, sub gravibus penis præcipitur Superioribus Regularibus, ut infra terminum sex mensium inchoandum à die presentationis literarum suppressionis conventuum dimittant illorum possessionem corporalem realiter, & cum effectu coram Ordinariis locorum sub testimonio publico, & nihilominus reservatur ipsi Cong. facultas conservandi Religiosis aliquem ex conventibus expressis in memoratis literis, si hoc ex aliqua rationabili causa expedire iudicaverit: propterea infra terminum sic præfixum Superiores Religio- num fere omnium supplicarunt Sanctissimo pro conservatione, & restitutione plurimorum conventuum, & ex illis Sanctitas sua multos reduxit ad primum statum regularem, ac Religiosis restituit, quos scilicet ex publicis documentis, & Episcopi attestationibus cognovit habere sufficientes redditus pro alendis Religiosis in numero competentis, & populis esse valde utiles in missis, & divinis officiis celebrandis, & concessionibus audiendis, & præsertim in locis, ubi non sunt alii Regularium conventus.

Præterea cum Superiores Regulares de jure facultatem non habeant uniendo ecclesias etiam sibi pleno jure subjectas, ut post Inn. & Abbat. Antiq. in *cap. Sicut unire, de excess. Prælat. not. Gloss. in Clem. Ne in agro*, & ad hæc in verb. Ordinarios de *stat. Monach.* quando accidit casus, ut in eadem civitate, vel oppido suppressi fuerint duoparvi conventus ejusdem Religionis, ad supplementationem Regularium, Sanctitas sua univit minorem conventum cum omnibus ejus bonis conventui majori. Sed tamen jussit vendi domum conventus unius infra terminum sex mensium, & pretium inde retractum inverti in tot bonis stabilibus ad utilitatem alterius conventus, ut sic fratribus adimeretur occasio redeundi ad conventum minorem, ibique minus religiose vivendi cum dedecore sui Ordinis.

Rursus quia interdum accidit casus, ut una Religio, puta S. Dominici, haberet conventum in aliquo loco, in quo alia Religio, puta S. Aug. habebat conventum suppressum, & è converso Religio S. Aug. haberet conventum in alio loco, in quo Religio S. Dominici similiter habebat conventum suppressum: oblata fuit Superioribus facultas faciendi inter se reciprocas uniones, & permutationes dic-

FERRAR. BIBLIOTH. TOM. II.

torum conventuum, ita ut conventus S. Aug. suppressus uniretur conventui S. Dominici ejusdem loci, & vice versa conventus suppressus S. Dominici uniretur conventui S. Augustini alterius loci. Sed tamen sive ob angustiam temporis, sive ob diversitatem diocesis, & provinciarum, sive ob raritatem ditorum casuum, sive ob inæqualitatem permutationum, vel aliam ob causam, Religiones in his non convenirent, & negotium evanuit.

Porro ut in illis conventibus, qui ut supra Religiosis fuerunt restituti, & in aliis non habentibus numerum sex Religiosorum vivatur cum debita observantia, Sanctitas sua subiecit illos omnimodæ jurisdictioni Ordinarii loci tamquam Sedis Apostolicæ delegati, ut in decreto, cujus tenor est infrascriptus, videlicet:

« Ut in parvis Regularium virorum conventibus à Sanctissimo D. N. Innoc. PP. X. in constitutione quæ *incipit*. Instauranda: primum suppressis, ac deinde ad ipsius constitutionis limites ob rationabiles causas in pristinum statum regularem restituti, & ipsis Religiosis denuo concessis, pie, & religiose vivatur, ac regularia instituta quo exactius fieri potest, observentur: Sanctitas sua ex sententiæ Sacre Congregationis super statu Regularium omnes, & singulos conventus hujusmodi sic, ut præfertur, restitutos, & concessos, in literis ab eadem Sacra Congregatione expediendis nominatim exprimentis, ac personas tam Regulares, quam seculares in eis degentes visitationi, correctioni, & omnimodæ jurisdictioni Ordinarii loci, tamquam super hoc à Sede Apostolica delegati, præsentis decreti tenore plene in omnibus subiecit, ac subditos esse declaravit, donec ipsorum redditus constue adaucti fuerint, ut in eis commode sustentari valeant, & cum effectu sustententur duodecim Religiosi ad apostolicorum decretorum præscriptum, idque eidem congregationi legitime constitit, & ejus decreto in singulis contingentibus casibus declaratum fuerit, & non aliter. Interea vero voluit Sanctitas sua, ut in eorum singulis ali debeant, & re ipsa alantur sex saltem Religiosi probatæ vitæ, ex quibus quatuor ad minus sint Sacerdotes maturæ ætatis: alioquin gratia restitutionis, & concessionis hujusmodi nulla sit, & invalida, & Ordinarii locorum in illis exerceri possint, ac debeant ea omnia, quæ in aliis conventibus itidem suppressis per eandem constitutionem ipsius demandantur, perinde ac si gratia restitutionis prædictæ, & concessionis non emanasset. Insuper quia nulli sunt conventus, in quibus etsi præfixus fuerit numerus Religiosorum sufficientes ad observantiam regularis discipline, & idcirco in suppressione ante dicta non fuerint comprehensi, nihilominus sive ob reddituum diminutionem, sive ob superiorum incuriam, vel malam administrationem, sive ob carentiam Religiosorum, aut aeris intemperiem, vel quamcumque aliam ob causam prædictis numerus cum effectu in eis non alitur cum gravi detrimento regularis observantia: Sanctitas sua intendens huic malo remedium adhibere, omnes, & singulos ejusmodi conventus, ut præfertur, non suppressos, cujuscumque sint Ordinis, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Congregati & Instituti, etiam Societ. Jesu, aut grancie, seu membra alterius monasterii, existentes intra fines Italie, & Insularum adjacentium, in quibus nunc non aluntur, vel quando cumque actu non alantur saltem sex Religiosi itidem probatæ vitæ, quorum ad minus quatuor, ut supra, sint Sacerdotes maturæ ætatis, itidem visitationi, correctioni, & omnimodæ jurisdictioni Ordinarii loci similiter ut Sedis Apostolicæ Delegati plene in omnibus presentis pariter decreti vigore subiectos esse statuit, decrevit, & declaravit. Ceterum quoad conventus cum pauciori numero, quam duodecim Religiosorum, erectos post diem 21. Junii 1625. & illorum subjectionem loci Ordinarii, Sanctitas sua voluit in suo robore permanere dect. san. mem. Urbani VIII. jussu editum, cui per præmissa aliquatenus derogare non intendit. Et prædicta omnia, & singula in presenti decreto statuta, & ordinata voluit plenarium sortiri effectum, & executionem mandari, non obstantibus omnibus, & singulis, quæ in antedicta constitutione voluit non obstat, ceteris

Xx

que

que contrariis quibuscumque. Datum Romæ die 10. Februarii 1654. B. Card. Spada. Loco Sigilli. Prosper Pagnanus S. Congr. Secr.

Anno à Nativitate D. N. J. C. 1654. indictione septima, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Innocentii divina providentia Papæ X. anno ejus decimo, die vero 21. mensis Februarii, supra dictum decretum affixum, & publicatum fuit in ecclesiæ Lateranen. ac Basilicæ Principis Apostolorum de urbe, nec non Cancellariæ Apostolicæ valvis, ac in Acie Campi Floræ, & in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Petrum Paulum Desiderium Apostolicum Cursorem. Pro D. Magistro Cursorum Joseph Marcheratus Cursor.

19. Et hoc decretum illico transmissum fuit ad quemlibet Episcopum una cum literis Cong. continentibus nomina conventuum Religiosorum suæ restitutorum in illa diocesi. At qua occasione talis decreti *Ut in parvis* plures controversiæ oriebantur, ad eas sedandas fuerunt Sac. Congreg. infrascripta dubia proposita, ut sequitur.

20. Posito decreto felicis record. Innocentii Papæ X. super subjectione nonnullorum conventuum correctioni, visitationi, & omnimodæ jurisdictioni Ordinarii loci, tamquam Sedis Apostolicæ Delegati, contingit dubitari de infrascriptis.

1. An Episcopus in conventibus suæ jurisdictioni subiectis possit Abbates, Priores, Guardianos, & alios Superiores locales deputare, & familiam constituere?
2. An possit Episcopus à prædictis conventibus Religiosos amovere?
3. An Regulares eorumdem conventuum compelli possint ab Episcopo ad exhibendos libros introitus, & exitus, & reddendas rationes administrationis?
4. An Episcopus in eisdem conventibus se ingerere possit in his, quæ regularem disciplinam concernunt?
5. An ecclesiæ dictorum conventuum, & capellæ granciarum, in quibus degunt Conversi pro agrorum cultura, ab Episcopo visitari possint?
6. An ipsæ grancie, & conversi in eis degentes sub sint visitationi Episcopi?
7. Quid in ecclesiis, seu capellis granciarum, in quibus nullus degit Conversus, an similiter subsint Episcopi visitationi?
8. An liceat Episcopo visitare conventus tam suppressos, & postea restitutos, quam non suppressos, ad effectum cognoscendi, an in illis re ipsa alantur sex Religiosi?
9. An Episcopus visitans hujusmodi conventus suæ jurisdictioni suppositos, aut personas in eis degentes, possit à visitatis procuratorem exigere in vicualibus, vel in pecunia?
10. An jurisdictione Ordinarii locorum, tamquam Sedis Apostolicæ delegatis, attributa in supradicto decreto, competat Vicariis Generalibus Episcoporum, nec non Abbatibus, & aliis inferioribus Prælati proprium territorium ac jurisdictionem quasi episcopalem habentibus?
11. An Provinciales, & alii Superiores Regulares possint ejusmodi conventus, jurisdictioni Ordinarii subiectos, & Religiosos in illis degentes visitare, corrigere, & punire, omnemque jurisdictionem in eos exercere, sicut poterant ante dictum decretum?
12. Si Superior Regularis in causa prævenit contra subitum degenem in aliquo ex eisdem conventibus Ordinarii subiectis, fabricando processum, vel eum carceri mancipando, an Episcopus possit hujusmodi causam reassumere, ac Superiori inhibere?
13. Si è converso Episcopus prævenit in causa contra Religiosum in tali conventu commorantem, an Superiori Regulari eo casu liceat illum amovere, & in alio conventu collocare; & si de facto collocaverit, an nihilominus Episcopus possit causam prosecui, ac Religiosum sic amotum revocare ad primum conventum?

14. Si Provincialis, vel Superior localis voluerit aliquem ex fratribus à tali conventu removere, an Episcopus prohiberi possit?
15. Si à conventu primum suppresso, ac deinde Religioni restituito, absint ex aliqua rationabili causa, & ad breve tempus, unus, vel plures, ex numero sex Religiosorum ibi degentium, an gratia restitutionis sit nulla, & conventus remaneat suppressus, ut prius?
16. Quid si à conventu non suppresso similiter ex causa rationabili, & ad modicum tempus absint aliqui sex Religiosi ibi existentibus, an durante tali absentia, conventus subiaceat jurisdictioni Ordinarii?
17. An Religioso illo redeunte, vel alias impleto numero sex Religiosorum, conventus recuperet pristinam exemptionem?
18. Si gratia restitutionis conventus suppressi reddatur nulla ex eo, quod in illo ad formam decreti cum effectu non alantur sex Religiosi, & postea contingat, ut ejusmodi numerus impleatur, an gratia restitutionis conventus reviviscat?
19. Ad hoc ut gratia restitutionis sit nulla, & conventus denuo remaneat suppressus propterea quod in eo non sustententur sex Religiosi, an debeat præcedere declaratoria Episcopi super facto, prævia causa cognitione?
20. An ab hujusmodi declaratoria liceat Regularibus ad Sedem Apostolicam appellare ad effectum, tam devolutivum, quam suspensivum?
21. Cum ex decreto præscripto quætorum Sacerdotes in his conventibus degentes debeat esse maturæ ætatis, quænam dicatur ad hunc effectum ætas matura?

Sacra Congregatio super statu Regularium ad singula dubia superiora proposita, hunc in modum respondit, videlicet:

- Ad 1. Non posse.
- Ad 2. Posse ex rationabili causa: communito tamen prius Superiore Regulari, ad quem pertinet, ut eosdem Religiosos assignet in aliis conventibus.
- Ad 3. Posse compelli.
- Ad 4. Posse.
- Ad 5. Posse.
- Ad 6. Subesse.
- Ad 7. Item subesse.
- Ad 8. Minime licere, antequam aliunde constet de fundamento intentionis Episcopi in deficientia numeri constituti.
- Ad 9. Expedire, ut SS. D. N. decernat, & declaret non licere Episcopo tales conventus visitanti quidquam accipere procuratorem nomine.
- Ad 10. Competere.
- Ad 11. Posse sicut prius, non tamen privative ad Episcopum.
- Ad 12. Non posse, nisi ex justa causa, veluti cum videtur Superiorem Regularem ex odio, vel amore, cupiditate, vel metu, aut ex nimia severitate, vel indulgentia quid durius, aut remissius constitueret, quam causa deprecit, in quo ipsius Episcopi conscientia oneratur.
- Ad 13. Non licere Superiori Regulari Religiosum ab Episcopo inquisitum à loco amovere, & si amotus fuerit, posse Episcopum causam prosecui, & illum quibuscumque remediis revocare, etiam invocato auxilio Ordinarii, & brachio seculari, si opus fuerit ejuscumque loci, in quo Religiosus ille reperitur.
- Ad 14. Non posse.
- Ad 15. Gratiam ob id non esse nullam cessante omni fraude, nec conventum remanere suppressum.
- Ad 16. Subiacere durante absentia.
- Ad 17. Recuperare.
- Ad 18. Non reviviscere.
- Ad 19. Debere ita præcedere, nec ante declarationem licere Episcopo conventus possessionem apprehendere.

deri, aut Religiosos inde expellere.

Ad 20. Licere ad effectum devolutivum tantum, non autem suspensivum.

Ad 21. Abtatem maturam dici ad hunc effectum, completo anno quadragesimo.

Declarationes suprascriptas SS. D. N. ad se relatas approbavit, & ab omnibus, ad quos pertinet, observari præcepit, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romæ 27. Julii 1655.

Quibus deinde accesserunt alia dubia, & declarationes circa jurisdictionem Ordinarii in grancis monasteriorum, illarum ecclesiis, & publicis oratoriis, prout infra.

Posita constitutione fel. rec. Innoc. X. quæ incipit. Instaurandæ: necnon illius decreto incip. Ut in parvis: contingit dubitari de infrascriptis.

1. An grancie ex d. consti. Innocent. suppressæ, & ad statum secularem redactæ, illarumque ecclesiæ, & publicæ oratoria possint ab Ordinario visitari?
2. Et quatenus possint, an hoc jus Ordinario competat privative quoad Superiores Regulares, an vero cumulative cum ipsis?
3. Et quid si prædictis ecclesiis cura animarum incumbent?
4. An Superiores possint in dictis ecclesiis curam animarum habentibus nominare Vicarios ad curam animarum exercendam, eosque ad nutum amovere?
5. An grancie, seu membra alicujus monasterii nunquam suppressa, in quibus non degunt saltem sex Religiosi, subsint jurisdictioni, ac visitationi Ordinarii loci privative, an cumulative cum Superioribus Regularibus?

Die 11. Septembris 1670. Sacra Congregatio super statu Regularium ad singula dubia superiora proposita, in hunc modum respondit, videlicet:

- Ad 1. Grancias, ut præfertur, suppressas, & ad statum secularem redactas, illarumque ecclesiis, & publicis oratoriis posse ab Ordinario visitari, dummodo in his granciis, quarum proprietates sit reservata, vel restituta principalibus monasteriis, idem Ordinarius nullo modo se ingerat in temporalibus.
- Ad 2. Quoad ecclesias, & oratoria publicæ, jus visitandi competere Ordinario privative; quoad Conventos autem in eis degentes cumulative: Ordinario scilicet, jure delegato, ad formam Sac. Conc. Trid. Regularibus vero jure Ordinario.
- Ad 3. Item quoad ecclesias dictarum granciarum curam animarum habentes, jus visitandi Ordinario competere privative: sed quoad Conversos in eis degentes hoc jus competere cumulative, nempe Ordinario tamquam Sedis Apostolicæ Delegato, Regularibus vero auctoritate ordinaria.
- Ad 4. Superiores Regulares posse hujusmodi Vicarios nominare, & illos ad nutum amovere, si Ordinarius loci ab initio illos reputaverit amovibiles.
- Ad 5. Grancias, seu membra alicujus monasterii, nunquam suppressa, in quibus non degunt saltem sex Religiosi, subesse jurisdictioni, ac visitationi Ordinarii loci, ac Superiorum Regularium cumulative, videlicet Ordinario tamquam Sedis Apostolicæ Delegato, ex prædicto decreto, *Ut in parvis*, Regularibus autem jure Ordinario.

Et tandem circa jurisdictionem Episcopi in parvis conventibus sequentes attendantur dispositiones.

Episcopus visitavit conventum suæ jurisdictioni subiectum in vim decreti fel. record. Innocent. X. incip. Ut in parvis: propterea quod tunc temporis ibi non erant de familia, nec re ipsa alebantur sex Religiosi, sed post absolutam visitationem sine ulla fraude à Superioribus in eodem conventu adacta est familia, & impletus numerus sex Religiosorum, sicque conventus exemptionem recuperavit juxta declarationes Sac. Cong. super statu Regularium, nempe decimam sextam, & decimam septimam inter impressas.

Hoc posito, consulitur Sacra Congregatio de infrascriptis.

1. An post exemptionem, ut præfertur, recuperatam, Episcopus possit hujusmodi conventum visitare ad effectum ut videat, an ordinationes, & decreta ab ipso edita in visitatione præcedenti fuerint adimpleta, nec ne?
2. An possit decreta non adimpleta exequi, & pro illorum executione poenas adjicere, & aggravare?
3. Et quatenus possit: an hæc facultas, quæ ex dicto decreto, *Ut in parvis*, competit Episcopo tamquam Sedis Apostolicæ Delegato, expiret, lapsa integro anno à die publicationis decretorum?
4. An Episcopus post exemptionem à conventu recuperatam possit condemnare, & punire, etiam poenas corporis afflictivæ Religiosum, qui pro delicto in curia episcopali fuerat inquisitus, & carceri mancipatus eo tempore, quo conventus erat jurisdictioni Episcopi subiectus?

Die 19. Novembris 1671. Sacra Congregatio super statu Regularium ad singula dubia superiora proposita respondit, ut sequitur videlicet:

- Ad 1. Posteaquam conventus exemptionem recuperavit, Episcopum nequaquam posse illum visitare, etiam ad effectum, ut videat, an decreta edita in præcedenti visitatione fuerint executioni mandata.
- Ad 2. Item non posse post hujusmodi exemptionem decreta non adimpleta exequi, minusque poenas adjicere, & gravare pro illorum executione.
- Ad 3. Jurisdictionem ex dicto decreto, *Ut in parvis*, Episcopo attributam in conventu non habente Religiosorum numerum ibi præscriptum, expire eo ipso, quod conventus ob familiam sine fraude adactam, & impletum numerum Religiosorum præfixum, exemptionem recuperavit.
- Ad 4. Cum contra dictum Religiosum non solum causata, sed etiam persona sit præventa eo tempore, quo conventus erat subiectus jurisdictioni Episcopi, & exemptio superveniens non invenit eum liberum, utique Episcopum, tamquam Sedis Apostolicæ Delegatum, posse hujusmodi causam tempore habili inchoatam prosecui etiam post exemptionem, & eundem Religiosum condemnare, & punire etiam poena corporis afflictivæ.

Hinc est advertendum, quod quamvis ex decreto Innocentii X. *Ut in parvis*, conventus erecti post diem 11. Junii 1625, si in ipsis non permaneat saltem duodecim Religiosi, relinquuntur subiecti visitationi, & correctioni Ordinarii loci juxta decretum jussu Urbani VIII. editum, & art. 1. sub num. 7. relatum; tamen Sacra Congregatio super statu Regularium diversimode censuit de omnibus generaliter conventibus non suppressis. Cum enim nonnulli Episcopi virtute dicti decreti Innoc. X. visitare niterentur conventus Patrum Cappuccinorum, & aliorum Regularium, in quibus actualiter non morabantur plures quam sex Religiosi, quamvis in illis essent collocati majori numero; ad instantiam Procuratoris Generalis eorumdem Patrum Cappuccinorum

Sacra Congregatio super statu Regularium censuit, conventus nunquam suppressos, in quibus actu degunt de familia plures quam sex Religiosi, minime comprehendendi in decreto sanctæ memoriæ Innoc. X. quod incipit. *Ut in parvis*; ac proinde locorum Ordinarios nequaquam posse in vim decreti in hujusmodi conventibus, aut illorum personis illam sibi jurisdictionem vindicare. Dat. Romæ 29. Novembris 1657. In Regest. ejusdem Cong. fol. 325. Panimol. decis. 48. adnot. 3. num. 62.

Quo enim ad alios conventus antea erectos, & numerum 24 quam

quam suppressos pro exemptione ab Ordinarii jurisdictione sufficiunt sex tantum Religiosi, ex ipsomet decreto, *Ut in parvis*. Conventus autem suppressi, & iterum restituti, remanent subiecti visitationi, & correctioni Ordinarii loci, donec ipsorum redditus eo usque adaucti fuerint, ut in eis commodè sustentari valeant, & cum effectu sustententur duodecim Religiosi, ut expresse statuit Innoc. X. in decreto, *Ut in parvis*, relat. *supra numer. 14*. Tales vero conventus primum suppressi, ac deinde Religiosi restituti, non remanent iterum suppressi, nec gratia restitutionis est nulla, si ab ipsis ex aliqua rationabili causa, & ad breve tempus absit unus, vel plures ex numero sex Religiosorum ibi degentium, ut patet ex decreto Sac. Congr. in responsion. ad quintum decimum; vide *supra sub num. 19. & 20*. Si tamen ad conventibus non suppressis, licet ex causa rationabili, absit aliquis de sex Religiosis ibi existentibus, conventus subiacent jurisdictioni Ordinarii, durante tali absentia; Et illo Religioso redeunte, vel alius impleto numero sex Religiosorum, conventus recuperant pristinam exemptionem, ut patet ex dict. decret. Sac. Congr. in responsion. ad 16. & 17. *Ud. ibid. sub num. 19. & 20*. Conventus omnes erecti post diem 23. Decembr. 1697. si in ipsis permanent saltem duodecim Religiosi, remanent subiecti visitationi, correctioni, atque omnimoda jurisdictioni Ordinarii loci. Innoc. XII. constit. *incip. Nuper*; edita dicta die 23. Decembr. 1697. *Ud. art. 1. sub num. 27*.

Hinc quoad parvos conventus attendenda est sequens novissima epistola encyclica ad universos Italiae, inquiturque ad adjacentium Ordinarios, jussu Summi Pontificis conscripta, qua ipsi distincte injungitur, ut vitam, mores, & disciplinam regularem in parvis conventibus degentium diligenter inquirent, inobservantes corrigant, ac ubi respicientia spes non extet, eos Sacre Congregationi denuntient.

Pervenuta la notizia a nostro Signore, che i Superiori delle Religioni sogliono per ordinario collocare di stanza ne conventi più piccioli, è specialmente fuori di mano li soggetti meno osservanti delle loro regole, è che questi per la licenza del luogo divenuti più liberi, in vece di edificare, distruggono la Casa del Signore, sua Santità per la premura particolare, che altamente nodrisce, & che in ogni luogo si mangenga, è si accresca. più lo splendore delle Religioni, è si stabilisca in esse l'esatta osservanza regolare, a tenore rispettivamente delle loro costituzioni si è mossa ad ordinare, che per via di questa Sacra Congregazione sopra la disciplina regolare è rinviata strettamente a V. S. como si fa colla presente lettera, perchè ella usando il suo zelo, invigili attentamente, se i Religiosi dimoranti per tempore ne suddetti conventi dentro, & fuori di cotesta città, è diocesi, osservino esattamente quanto devono al Signore in corrispondenza allo stato, a cui sono stati chiamati, è in virtù de' voti da essi fatti solennemente. Onde ella dovrà paternamente ammonirli della mente di Sua Beatitudine, è della stessa Sacra Congregazione, in caso di trasgressione correggerli seriamente secondo la disposizione del decreto *Ut in parvis* emanato d' ordine della san. mem. d' Innocen. X. li 10. Febbrajo 1654. è quando non si scorga in essi segno alcuno di rispiscenza, darne subito parte alla Sacra Congregazione, perchè possa la medesima opportunità provvedere. Si serva pertanto nella di quel zelo, che le somministra la causa, è di quelli necessitati, che le detta P. onore di Dio, pregandole dal cielo vere felicità. Roma 26. Genajo 1707. G. R. Cardinal. Imperiali Prefetto. = F. de Vico Segretario.?

Episcopos visitans parvos conventus sibi suppositos, nequit à visitatis aliquid accipere procurationis nomine, neque in pecunia, neque in victualibus, ut expresse fuit resolutum sequenti decreto: "Cum Sac. Congr. super statu Regularium aliis consulta, an Episcopus visitans parvos conventus sue jurisdictioni suppositos, aut personas in eis degentes ad præscriptum decreti san. mem. Innoc. X. quod *incip. Ut in parvis* &c. possit à visitatis procurationem exigere in victualibus, vel in pecunia, duxerit expedire, ut Sanctissimus D. N. decernat, & declarat non licere Episcopo tales conventus visitan-

ti quidquam accipere procurationis nomine; Sanctitas sua Congreg. sententia audita, eam expresse approbavit, noluit licere Episcopis hujusmodi conventus visitantibus aliquid accipere procurationis nomine, seu in pecunia, seu in victualibus, & ita observari præcipit. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, etiam in corpore Juris clausis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ 25. Junii 1665. = Marcus Antonius Card. Fran. = Loco Ep. Sigilli. = Prosper Fagnanus Sec. Custos.?

Quoad conventus, in quibus exigua inhabitant familia, ad vitandum errorem sequentia sunt notanda.

I. Conventus fundati ante decreta de celebratione Concilii interprete, & approbata à S. M. Urbano VIII. & non suppressa vigore constitutionis *incipientis*: Instauranda: S. M. Innocentii X. si duodecim haud habeant Religiosos, subiecti sunt jurisdictioni Episcopi in concernentibus non solum disciplinam ecclesiasticam, sed & institutum regulare, ut Sacra Congregatio super statu Regularium de anno 1655. rescripti in 4. *dubio*.

II. Conventus suppressi virtute mox dictæ constitutionis S. M. Innocentii X. & postea restituti, si sex Religiosos minime habeant, subiecti eidem sunt jurisdictioni Episcopi tum quoad ecclesiasticam disciplinam, tum quoad institutum regulare juxta eandem resolutionem Sac. Congregationis super statu Regularium in dict. 24. *dubio*.

III. Conventus fundati post dicta decreta, si Religiosos duodecim nequaquam habeant, subiecti utique sunt jurisdictioni Episcopi, à circa dumtaxat disciplinam ecclesiasticam, non item circa regulare institutum, ut tradunt Pignatelli. *consul. canon. tit. 1. cons. 136. numer. 13*. optime de Bene de Immunit. & jurisdictioni. *part. 2. c. 4. dub. 22. num. 5*.

Non importune hic queritur, utrum conventus, de quibus disserit, subiecti jurisdictioni Episcopi ordinariæ an delegatæ? Quod attinet ad conventus fundatos ante præfata decreta, & non suppressos, tum ad conventus suppressos, & postea restitutos, non ordinariæ, sed delegatæ jurisdictioni Episcopi subesse patet ex decreto *Ut in parvis*, lato in executionem dictæ constitutionis. Instauranda: in quo expresse habetur, quod subiecti illi sint Episcopo tamquam Sedis Apostolicæ delegato. At quod concernit conventus fundatos post toties memorata decreta, &que præsertim, qui à principio non habuerunt duodecim Religiosos, tunc affirmati haud potest subesse ipsos delegatæ Episcopi jurisdictioni, idque quia minime in iis dictum fuit, quod subiecti ipsi sint Episcopo uti delegato Apostolicæ Sedis, sed postquam jussum fuit, ut non fundentur conventus nisi redditus habeant sufficientes sustentationi duodecim Religiosorum; subditum fuit: "Alioqui monasteria, & loca hujusmodi posthac recipienda, in quibus duodecim Religiosi, ut supra, sustentari atque inhabitare non poterunt, & actu inhabitaverint, Ordinarii loci visitationi, correctioni, & omnimoda jurisdictioni subjecta esse intelligantur.?"

Utilis autem est hæc observatio ad plures effectus. Ut alios doceamus, in ecclesiis conventuum illorum, qui non nisi delegatæ jurisdictioni Episcopi subsumt, nequit Parochus parochiæ, in qua positi illi sunt, officium funebre peragere super cadavere sui parochiani; propterea quod durat adhuc exemptio, quæ impedit quominus dictum officium funebre à Parocho super cadavere sui parochiani peragatur, ut rejectis Romæger. ad *ymodal. Gerund. lib. 3. tit. 9. cap. 3. num. 22*. Brasch. in *promptuar. synod. cap. 110. num. 38*. Monacell. *formul. eccles. tom. 2. tit. 13. form. 1. num. 70. aliisque*, videtur sensisse Sacra Congregatio Concilii interpres in *Volaterrana 16. Martii 1720. ad 5. dub. tum Sac. Congr. Episcoporum, & Regularium negotiis præfata in Nullius seu Terra Pontian. Jurium Parochialium 20. Martii 1739. & in Pientina 4. Februarii 1757*. Sed in ecclesiis aliorum conventuum, qui ordinariæ Episcopi jurisdictioni sunt subiecti, quum cesset privilegium illud exemptionis natura sua, ut dictum est, impediens quominus possit Parochus officium funebre peragere super cadavere sui parochiani; non est cur excludi ab eo possit Parochus. Quoties enim

ARTICULUS III.

Quoad ea, quæ concernunt conventuum clausuram.

SUMMARIUM.

- 1. **O**mnnes regulares quicumque illi sint, obligantur ad habendum aliquod genus clausuræ in claustris, & conventibus suorum Ordinum: inseruntur constitutiones clausuram respicientes: pane in eos, qui facultatem mulieribus concedunt in virorum monasteria ingrediendi: quoddam decretum offertur, ad num. 8.
- 2. **U**squequo prohibetur ingressus: sub eo an comprehendantur viridaria, prata, & cetera referuntur, ad num. 15.
- 3. **M**ulieres, quibus talis ingressus prohibetur, numerantur: in hunc effectum extraordinaria processio non est instituenda: recensentur alii casus, quibus ingredi non licet, ad num. 29.
- 4. **Q**ui sub appellatione Religiosorum comprehendantur introducentes & admittentes mulieres in clausuram.
- 5. **S**i ex urbanitate eadem comitetur, an panes incurrit: pernoctare seculares utrum possint in claustris: aliqui estimantur: que dispositio est attendenda quoad clausuram, ad num. 36.
- 6. **S**upplementa subveniunt, ad num. 40.
- 7. **A**dditiones insertæ manent.

OMNES Regulares, quicumque sint, obligantur ad habendum aliquod genus clausuræ in claustris, & conventibus suorum Ordinum, cap. Placuit 8. cap. Juxta 11. cap. Monachi 33. *caus. 16. q. 1. & cap. Pervenit 20. caus. 18. quest. 2*. ubi prohibetur introduci mulieres in monasteria virorum, ut omni radicibus evellatur occasio violandi votum castitatis. Specialius tamen conventuum Regularium clausuram respiciunt duæ constitutiones S. Pii V. quarum prima *incipiens* Regularium personarum: revocat omnes facultates ingrediendi monasteria, & loca virorum Regularium quorumcumque ordinum mulieribus concessas: Et per ipsas mulieres ingredientes clausuram conventuum virorum prætextu licentiarum, excommunicationem excommunicatione Pape reservata. Regulares vero ipsas præsumptas introducere, vel admittere, officii privantur, inhabiles ad illa, & alia obtinenda declarantur, & à divinis ipso facto sine alia declaratione, suspenduntur. Secunda S. Pii V. constit. *incip. Decet Romanum Pontificem*: extendit eandem penas etiam ad mulieres sine licentiarum prætextu clausuram monasteriorum virorum ingredientes, & ad Religiosos eas intra monasterii clausuram etiam absque ullo licentiarum prætextu admittentes. Regulares quamvis ex dictis duabus constitutionibus S. Pii V. non ligentur excommunicatione, introducendo, vel admittendo feminas intra conventuum suorum clausuram, ipsam tamen excommunicationem incurunt, introducendo, vel admittendo ipsas sub licentiarum prætextu, ut declarat Gregor. XIII. constit. *incip. Ubi gratia*: Et ipsam excommunicationem absolute incurunt introducendo sive prætextu licentiarum, sive sine talium licentiarum prætextu, ut declaravit Sac. Congregatio Episcoporum & Regularium, cujus decreti tenor fuit à Cardinali Matthæo Ordinis Minorum Protectore transmissus Commissario Generali Minor. Observant. et ordinando, ut significaret omnibus Provincialibus, & Custodiis "Che li SS. Cardinali della Congregazione de' Vescovi, è Regolari hanno deciso, è determinato, che dove è il Guardiano con la famiglia, eziandio che il luogo non sia affatto compito nè circondato da muri, fossi, & siepe, nè che sia aperto, ivi sia clausura, siccome ha deciso la s. fel. mem. di Papa Pio V. ed entrandovi le donne siano scomunicate, è li Frati, così Prelati come sudditi, introducendole, incontrano nella stessa scomunicata, riservata al Papa, restando ipso facto privi dell' officio loro, ed inhabili in futuro."

Il medesimo si dice delle selve, che non sono cir-

ecclesia posita est intra limites parochiæ, nec est exempta, jus est Parocho peragendi officium funebre super cadavere sui parochiani; Marant. *resp. 21. n. 54. tom. 4. Lanfredin. respons. eccles. 17. num. 8. & 9*.

Addenda sunt, quæ adducit sapientissimus P. Gaudentius de Janua in suo celeberrimo opere recens Romæ impresso anno 1748. de *Visitatione cap. 4. numer. 17. pag. 362*. ibi: His nihilominus dispositionibus supervenit declaratio Sacre Congregationis super statu Regularium, quod generaliter conventus numquam suppressi, in quibus actu degant plures, quam sex Religiosi, minime comprehendantur in dicto Innocentii X. decreto: propterea in hujusmodi conventibus, aut illorum personis, locorum Ordinarii nullam possint sibi jurisdictionem vindicare; prout refert Lantusca *cit. num. 13. & firmat Pannimoll. decret. 84. adnot. 2. num. 62*. quæ quidem declaratio innovata legitur cum diminutione Religiosorum redactorum ad sex, licet non plures, per Sacram Congregationem Concilii. nimirum *Conventum Regularium, in quo semper existerent de familia sex Religiosi, nec qui unquam fuit suppressus, non comprehendit in decreto S. M. Innocentii X. Ut in parvis*. Sic in Pientina *synodi 15. Septembris 1702. decret. lib. 53. Quinimo invenio recentiore, quantum ad omnes conventus, decisionem ejusdem S. C. C. Quod videlicet, visitandi conventum, & ecclesiam nullum jus habet Episcopus, vigore decreti, Ut in parvis, si adsint sex Religiosi permanentes: in Ugent. sive Hydruntina jurisdictionis, & censurarum 16. Martii 1715. in respons. ad secundum lib. decret. 63. At omnibus dispositionibus, & declarationibus antea citis prævaleret equidem ultima, quæ à Sac. Congr. Episc. & Regul. prodit sub die 17. Aprilis 1744. in *Duximana*; scilicet, quod conventus omnes Regularium, licet nunquam suppressi, in quibus non degant de familia duodecim Religiosi, uti supra, comprehensim intelligantur in decreto Innoc. X. Ut in parvis, ideoque subsint Ordinarii visitationi, ac jurisdictioni: non obstantibus decretis quibuscumque præcedent in favorem Regularium, si, & quatenus, editis. Verumtamen decreto huic ultimo deest approbatio Sanctissimi, ad quem deferri debuerat: proinde adhuc sub Judice lis esse censenda est. Cum siquidem in hujusmodi causa, vertente inter Promotorem Fiscalem curiæ episcopalis Auximi, ex una, & conventum, ac Patr. Minor. Conventuales Sancti Francisci Terræ Staphili, ex altera partibus, propositum fuisset inscriptum dubium, videlicet:*

An liceat Episcopo visitare conventum RR. PP. Convent. dict. Terræ Staphili: ita ut sit standum, vel recedendum ab aliâ decisis; in casu &c. S. C. Eminentissimi Gentili Ponente, partibus auditis, & re mature perpensa; ad supradictum dubium respondit.

Prævio recessu à decisis &c. *Affirmative, & ad mentem*. Mens fuit: quod supplicetur Sanctissimo pro declaratione: licere Episcopis, ad formam decreti, Ut in parvis, visitare conventus suppressos in bulla, Instauranda, & in literis circularibus descriptis, etiamsi suppressio non sit executioni mandata die 17. April. 1744. Instantibus autem PP. Conventualibus pro nova audientia; eadem S. C. sub die 22. Aprilis benigne concessit & mandavit, supersederi usque ad primam Congregationem; die vero 19. Junii 1744. cum petita fuerit propagatio, ipsamet Sac. Congr. decrevit, ut sequitur: Quoad conventum Staphili rejiciendam esse instantiam, prout rejicit; & in reliquis prorogavit suspensionem usque &c. Inde die 13. Novembris ejusdem anni 1744. exiit absolutum decretum, quantum ad omnes conventus parvos in casu etiam nunquam suppressos, ab Ordinariis respective visitandos, scilicet... In decisis die 17. Aprilis ejusdem anni: non obstantibus resolutionibus, & quibuscumque decretis hætenus emanatis. Sed deinceps à Sanctissimo nulla provisio amplius prodit, ut debuisset, ex vi supplicationis ipsi porrigendæ, attento contentido primo decreto sub die 17. Aprilis. Hinc quantum ad conventus non suppressos in casu, adhuc stant in terminis priora decreta, quod nempe nequaquam subsint visitationi &c. quoad usque Sanctissimus determinet. Hæc ille expressis verbis.

condate, ut supra, etiam che non siano grandissime: in quella parte però s' intende clausura, ove li Frati sogliono ordinariamente passeggiare, dicendo le loro divisioni: ma dove fosse selva grande, che serve per megname, è li Frati ordinariamente non vi sogliono conversare, né praticare, o che sia luogo aperto, ivi non s' intende clausura.

Ma negli luoghi, dove non sono più che tre, o quattro Frati alla cura della fabbrica, ivi non è clausura, tanto nella selva, quanto negli Orti; nulladimò se li Frati introdurranno le Donne nelle stanze, dove abitano, dormono, mangiano, o cucionano, siano peccati, o non, è privi come di sopra. E' vero che dove è consuetudine, che le donne servano per manipolo, portando calce, pietre, è simili, se bene ci fosse il Guardiano con la sua famiglia, e le donne fossero entrate per l' espidizione della fabbrica, così nell' orto, selve, è parte del monistero, ove si fabbrica, come ove sia serrato, purché non vadino in parte dove abitano, dormono, è mangiano detti Frati, non incorrano in iscomunica. E nostro Signore la prosperi. Roma 4. Ottobre 1588. Come Fratello. Il Cardin. Mattei Proretore.

Nomine clausure conventuum, in quam est feminis interdictus ingressus, intelligitur totum illud spatium, quod intra septa monasterii, seu conventus continetur, id est, *Claustra, cella, officina, convicium, seu refectorium, dormitorium, infirmary, coquina, & huiusmodi. Est communis. Viridaria, seu horti, & prata cum conventu, & clausura conjuncta veniunt nomine clausurae, ita ut mulieres ipsa ingredienties excommunicationem incurrant. Sac. Congreg. Episcop. & Regul. in una Dominica 24. Aprilis 1589. in Laudens. 13. Septembris 1583. & in Arben. 3. Junii 1606. Secus vero si ipsa viridaria, & prata sint a clausura separata clavi & muro convenienti; ead. Sac. Congr. ibid. Sacristia, ad quam non patet aditus nisi per januam, quae sit in claustrum, comprehenditur sub clausura: secus vero si habet ingressum a sola ecclesia, quia sic censetur pars ecclesiae, & ejusdem, & non conventus officina. Donatus tom. 1. tract. 4. quest. 12. part. 2. Bonacina tom. 1. de clausura quest. 5. punct. 1. sub numer. 1. Sorbo verb. Ingressi monasteria Fratrum & Monialium: Ameno, Matthaeucci, & alii passim. Si vero ad sacristiam duplici porta, una in claustrum, & alia in ecclesia existente, pateat aditus, contineri sub clausura docuerunt Bonacina, & Ameno post Sorbo ponderantes, Sanctum Plum V. & Gregorium XIII. duas supra laudatas constitutiones edidisse ad consulendum Religiosorum quieti, ipsosque liberandos ab innumeris molestis, & periculis ex mulierum frequentatione, & conversatione oriri solitis, quae omnia, cum aeque facilliter oriri possint per mulierum ingressum in sacristiam, cui patet aditus ab ecclesia, & a claustrum, videntur per eundem sanctissimum finem ab ea prorsus arcende. Et hujus mentis videtur fuisse Sac. Congreg. Episcop. & Regul. teste Gavanto in manuali Episcoporum, verb. Regularium virorum monasteria: ibi: Sacristia comprehenditur sub clausura. Congregat. Episcop. & Regul. 18. Aprilis 1605. & Barbosa supra Trident. sess. 25. de Regul. c. 5. n. 115. ibi: Sacristia eborio contigua alicujus monasterii Religiosorum est sub clausura comprehensa. Ead. Sac. Congr. Episc. & Reg. in Salmonen. 10. Augusti 1615. Sed praxis fere ubique videtur in contrarium. Mulieres, quae vadunt in prima claustra ad hauriendam aquam, modo conventus habeat alia claustra in via mulieribus, non incidunt in excommunicationem: Sac. Congr. Episc. & Regul. in una Venetiarum 16. Maji 1582. in una Astisien. 17. Sept. 1583. teste Nicol. in Florul. verb. Claustrum num. 3.*

Nomine mulierum, quibus prohibetur ingressus in monasteria Religiosorum, veniunt omnes foeminae cujuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis, etiam Comitissae, Marchionissae, Ducissae, & textu expresso in dict. constitutione S. Pii V. incip. Regularium: ibi: Mulieribus cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, & quocumque dignitate, ac praeminentia praeditis, etiam Comitissis, Marchionissis, Ducissis, &c. & in

dict. constitutione Gregorii XIII. incip. Ubi gratiani ibi: Quibus etiam Comitissis, Marchionissis, Ducissis, & aliis cujuscumque status, & conditionis mulieribus &c. Atrende tamen novissimum dispositionem Benedicti XIV. adductam infra sub num. 36. Etiam fundatrices conventuum, quantumvis nobiles sint, & excellentes, comprehenduntur sub illa prohibitione, quia hoc creditur fuisse intentum S. Pii V. & Gregorii XIII. in laudatis constitutionibus, ideo enim in eis expresserunt Ducissas & similes, quia istae solent esse fundatrices. Rodriguez in expositionibus motus proprii S. Pii V. num. 3. Lezana in summa questionum Regul. cap. 10. num. 10. & alii; observa tamen dictam novissimam dispositionem. Etiam puellae parvulae cujuscumque aetatis, ut colligitur ex constitutione Eugenii IV. edita pro Congregatione S. Justinae de Padua incip. Bisi quaslibet personas: ubi sic expresse cavetur: "Nulli hominum liceat quascumque mulieres laicas, seu religiosas (cujuscumque aetatis, status, gradus, auctoritatis, vel conditionis existant) quavis occasione docere, sive ipsas mulieribus ingredi, seu commorari infra septa monasteriorum praefatae Congregationis S. Justinae de Padua quod si aliter scienter attentatum fuerit, tam ipsae mulieres, quam earum ductores, sed & ipsi receptores, si voluntarie hoc fecerint, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, a qua dictae Congregationis personae absolvi possunt per Praesidem, & Visitatores Congregationis huiusmodi." Sic apud Concilium fol. 34. const. 3. dicti Pontificis. Et sic pro clausura monasteriorum Monialium statuit Concil. Trident. sess. 25. de Regul. & Monialibus cap. 5. ibi: Ingressi autem intra septa monasterii nemine licet cujuscumque generis, aut conditionis, sexus, vel aetatis fuerint. Et saepe saepius declaravit Sacra Congreg. Episcop. & Regul. quod introducens in claustra clausurae, & signanter in Tuderina 7. Apr. 1579. in Neapolitana 22. Martii 1580. in Turinensi 10. Junii 1650. Unde tolerari non debet, quod puella licet parvula ingrediatur, & egrediatur ad libitum; in Pistoriensi 24. Febr. 1579. Et Abbatissa, quae hoc permittat, privatur officio, voceque passiva, in una S. Severini 8. Maji 1595. Hinc si tolerari non debet in monasteriis Monialium, ut puella licet parvula ingrediatur, & egrediatur ad libitum; a fortiori videtur non esse tolerandum in conventibus, & monasteriis virorum.

At praxis pluribus in locis videtur contraria, & posse puellas parvulas intrare in monasteria virorum, non obstante praedicta prohibitione, tenent Rodriguez in expositione Motus proprii S. Pii V. num. 12. Sanchez lib. 6. in decalog. cap. 27. num. 4. Lezana in summa questionum Regul. cap. 10. num. 10. & alii plures. Et ratio ipsorum est, quia, dicunt ipsi, finis prohibitionis est, ne detur Religiosis occasio impudicitiae, quae occasio cessat in parvulis puellis. Sic etiam praxis videtur contraria de Ducissis supra auctoritate, & jurisdictione gaudentibus, & fundatrices, apud plures, quia tales Ducissae in suis ditionibus aequiparantur Reginis, cum in ipsis suprema gaudeant auctoritate, & jurisdictione, ac ipsae Reginae; & fundatrices intrantes videntur tolerari a quibusdam Summis Pontificibus, ut a Julio II. constituit incip. Licet: ubi in conventus Minorum S. Franciscae de Paula prohibet ingressum mulierum non fundatricum, nec de stirpe regia, apud Peyrin. de privileg. Regul. tom. 1. constituit. 6. Julii II. quam ibidem §. 6. num. 6. pag. 1090. subiungit: "Regulae Ordinis Minorum S. Franciscae de Paula, (in qua cavetur, ne Superiores aliquas mulieres in dicti Ordinis conventus ulatenus intrare permittant: verumtamen singulae dominae de stirpe regia procreatae, & etiam omnes huiusmodi Ordinis fundatrices honeste cum sua comitiva intrare, ac devote visitare tolerantur) non est derogatum per constitutionem Pii V. supra positam, & editam anno 1566. 24. Octobris, quoad Reginas, vel fundatrices dumtaxat, procreatas claravit Gregorius XIII. etiam ex sententia Congregationis Concilii 21. Novemb. 1577." Imperatrices, earumque filiae possunt intrare in monasteria Religiosorum

rum cum sua decenti comitiva; quia cum Pontifices in supra laudatis constitutionibus non fecerint mentionem de illis, credendum est nolluisse ipsas comprehendere sub prohibitione. Rodriq. tom. 1. quest. Reg. q. 48. art. 1. Sanchez lib. 6. in decalog. c. 17. n. 5. Lezana in summa questionum Regul. c. 10. n. 10. & alii passim cum praxi universali; atrende tamen dict. novissimam dispositionem.

Mulieres omnes possunt licite ingredi in conventus Religiosorum tempore processionum, dummodo processionem sequantur, nec ad interiores officinas, vel Religiosorum cellas divertant. Hoc expresse concessit S. Pius V. constit. incip. Decet Romanum Pontificem: quae cum eis concedat posse licite ingredi etiam quando in eis missae, & alia divina officia celebrantur, ac aliis piis continentibus, ut ab omnibus sciatur ad quae se extendit, hic ad litteram datur, prout refertur etiam in Confectio in collectione privilegiorum Regularium fol. 182.

PIUS PAPA V. Venerabili patris nostri Archiepiscopi Cantuariensis, salutem in domino sempiternam. Ad perpetuam rei memoriam.

DECRETUM Romanum Pontificem certissimum mentis suae interpretem, si quando quippiam dubietatis in literis ab eo emanatis occurrit, suae declarationis oraculo quam primum explanare. Cum aliis a nobis emanaverint quaedam literae in simili forma verbis sub die 24. Octobris 1566. pontif. nostri anno primo, in quibus mulieribus quibuscumque monasteriorum Regularium ingressus cum derogatoris claus. & irritantibus decretis prohibetur, & alias prout in illis plenus continetur; nos intuitu, & in favorem Congregationis Montis Virginis, aliquas dubitationes, quae circa dictarum litterarum, & mentis nostrae intelligentiam oriri possent, elucidare, ac submovere volentes, supplicationibus dictae Congregationis, nobis super hoc humilliter porrectis inclinatis, apost. auctor. tenore praesentium dicimus, & declaramus fuisse, & esse mentem, & intentionem nostram, quod dictae litterae non solum comprehendentes & comprehendant mulieres habentes, & praetendentes facultatem, & indulta ingrediendi monasteria, sed etiam omnes & quascumque mulieres alias tam in genere, quam in specie, significantes nihilominus, prout significamus, quod propter hoc, & praedictas nostras literas non intelleximus, nec intelligimus, quod mulieribus praediceretur aditus ad monasteria, & loca regularia dictae Congreg. ac eorum claustra, quando in eis missae, & alia divina officia celebrantur, ac cum processionibus fiunt, & quando christifidelium cadavera sibi sepeliuntur, ac etiam per eis suffragia fiunt; sed libere perpetuo concedimus eisdem omnibus mulieribus facultatem, ut ad illa loca dictae Congreg. in quibus dicta pia opera exercentur, cum aliis catholicis personis accedere libere, & licite possint, & valeant, & similiter quod quoad divinum verbum in claustris monasteriorum, & Regularium locorum Congregationis huiusmodi proponitur, vel per aliam quancumque causam tantus concursus populi fuerit, quod commode ingredi non possint, & egredi per portam ecclesiae, perpetuo concedimus, ut dictae mulieres, una cum aliis secularibus personis, possint ingredi portam claustrum monasteriorum locorum Regularium Congregationis huiusmodi (dummodo recto tramite accedant ad portam, quae exitur ex monasterio) sique volumus pariter, & indulgemus. Decernentes &c. sublata &c. irritum &c. non obstantibus &c. Roma 16. Julii 1570.

Circa haec autem Barbosa part. 3. de offic. & potest. Episcop. ad leg. 102. num. 49. refert decretum Sacrae Congregationis Rituum tenoris sequentis, videlicet: "Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Archidiaconus Ortolensis exponit DD. VV. Illustrissimis, & Reverentissimis qualiter in civitate Ortolensi suo, seu forsitan etiam consuetudine immemorabili introductum est in aliquibus monasteriis Regularium scientibus, & non contradicentibus Episcopis pro tempore, ut annuatim faciant suas processionem tam solemnes Rogationum, Candelarum, Palmarum, de SS. Sacramento, ac alias,

quam privatas de Cruce temporis passionis, de Rosario, de Carmine, de cingulo S. Franciscae, de corrigia S. Augustini, cum similibus, singulis mensibus per claustra dictorum monasteriorum comitantibus undique devotionis, & religionis causa utriusque sexus fidelibus, quod cum videatur contrarium constitutionibus sanct. mem. Pii V. & Gregorii XIII. quibus praeceditur aditus mulieribus accedendi ad claustra Regularium, ideo Orator supplicat declarari, an hoc iure liceat? Sac. Congr. Rit. respondit non licere mulieribus comitari processionem per claustra monasteriorum Regularium, nisi adsit in hoc expressa licentia Sedis Apostolicae. Die 30. Septembris 1628. Fr. Fulvius Secret. At vero cum talis petitio exhibita Sacrae Congregationi Rituum nullum verbum faciat de dicta declaratione, ac nova concessione facta mulieribus a S. Pio V. in dict. constit. incip. Decet Romanum Pontificem: potest censer, decretum illud, vel fuisse superfluum, vel in observantiam deducendum non fuisse, cum saltem quantum ad ingressum tempore processionum sit contraria praxis communis, & praesentium urbis Romae, cui nullum adversari constat. Donat. tom. 1. part. 2. tract. 4. quest. 19. Matthaeucci Officialis quoad conventus numer. 29. Lezana loc. citat. num. 12. Rodriguez tom. 1. quest. 48. art. 3. in expositione motus proprii Pii V. Sanchez lib. 6. in Decalog. cap. 17. num. 22. Coriolanus de casibus reservatis part. 2. caus. 3. num. 33. Lantusca verb. Claustrum num. 3. & alii passim. Quia tamen tale privilegium, quoad ingressum mulierum in conventus Religiosorum non videtur ubique in usu, nisi pro tempore, quo processionem fiunt, in his erit laudabilis usus retinendus, & abusus vitandus. Ita laudati Doctores & alii. Nunc autem quoad supra dicta est omnino attendenda dicta novissima dispositio. Bened. XIV. Superior nequit processionem extraordinariam institueret ad solas preces mulierum nobilium, & divinum, ut ipsae possint conventum ingredi ad satisfaciendum curiositati, & si hoc faciat, peccat mortaliter, & incurrit poenas taxatas: non enim potest prudenter praesumi, quod S. Pius voluerit suam concessionem ampliare ad similes processionem pro sola satisfacienda mulierum curiositate institutas, sed solummodo ad processionem ex devotione, & iuxta ecclesiasticos ritus fieri consuetas. Sorbo verb. Ingressi monasteria vers. Circa quae: Matthaeucci loc. cit. numer. 20. Fr. Emmanuel in explicatione Bullae Crucatae fol. 511. Rodericus, Joannes de la Cruz, Donatus, & alii. Nec potest Superior, sive alius Religiosus mulieres introducere, quando murus clausurae materialis ex accidenti est dirutus, quia semper remanent fundamenta, quae sunt limites clausurae jam positae, quam non potest Superior localis variare, & loca monasterii reputantur, ut prius; sic cum Ameno numer. 18. Matthaeucci, loc. cit. num. 19. & alii. Et de facto Sacra Congregatio in similibus casibus consuevit semper declarare transgressores incursos in poenas taxatas.

Nomine Religiosorum introductum, vel admittentium mulieres in claustrum conventus veniunt omnes Religiosi active influentes in talem ingressum mulierum, ut sunt invitantes, consulentes, hortantes, approbantes, monstrantes iter, auferentes impedimenta, janua aperiens, eas recipientes, concedentes, & auctoritate, sive ratione sui officii permittentes, ut intrent. Sorbo verb. Ingressi monasteria, vers. Est etiam notandum: Matthaeucci, loc. cit. num. 35. cum aliis, & deducitur clare ex verbis S. Pii V. in cit. constit. incip. Regularium personarum in fin. ibi: Introducere, admittente praesumant, & ex verbis Gregorii XIII. in cit. constit. incip. Ubi gratiae §. in fine, ibi: Ingressi faciant, vel permittant. Religiosus etiam, qui nec introduxit, nec consulit, nec invitavit, nec janua aperuit, nec recepit, nec auctoritative, neque ratione officii sui permittit, mulierem intrare, aut huiusmodi; sed eam jam introductam ex urbanitate salutari, & ex decencia status illius per conventum comitari, incurrit poenas taxatas contra admittentes, recipientes, aut introductores, si ipse sit causa efficax, quod foemina diutius detineatur in conventu. Si tamen comitaretur, ut ea citius e conventu

tu egredietur, & per rectam, & brevioram viam ad egressum urgeret, nullam poenam incurreret. *Matthæi loc. cit. num. 26. cum Ameno num. 31. & aliis.*

33 Quamvis viris secularibus non sit absolute prohibita ingressus in conventus Regularium, nec absolute prohibita in ipsis commoratio; prohibetur tamen aliquibus eos recipere, & admittere in certis temporibus, & circumstantiis, ut signanter pro fratribus Minoribus de Observantia editum fuit decretum à Sacra Congregat. Episcop. & Regul. 1. Decembris 1679. cujus dispositio reperitur confirmata à san. mem. Innocent. XI. die 20. Septembris 1685. *Director. trium Ordin. const. 8. prout sequitur: Emanavit aliàs, & infra, decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: "Sacra Congregatio &c. Religiosæ quieti, & tranquillitati Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia benigne consulens, injungendum censuit, prout præsentis decreti tenore injungit omnibus, & singulis dicti Ordinis Superioribus Provincialibus, Localibus, eorumque subditis, sub poena privationis officiorum Ordinis immediate incurrenda, ne ullo unquam tempore, quovis prætextu, vel quæsito colore permittant, aut consentiant seculares quoscumque ingredi septa suorum conventuum, deferendo per silvas, hortos, & prata sclopos ad venandum, sive alia armorum genera, vel illa apud Fratres, tam Superiores, quam subditos deponere: pariterque ludere quomodolibet per claustra, aliaque loca publica, vel privata ipsorum conventuum, & convivere nec pernoscere in eis ultra triduum tantum præ hospitalitatis titulo, & sic servari mandat: non obstantibus &c. decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac non illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, innovari, vel derogari, non obstantibus &c."*

34 Sub hac prohibitione comprehenduntur etiam Clerici, nisi sint vita exemplares. Eadem Sacra Congreg. 10. Maji 1680. præcis his verbis: *Sacra Congregatio &c. Referente Eminentissimo Catanate censuit suprascriptam prohibitionem extendendam esse etiam ad Clericos, exceptis tamen Clericis, qui exemplarem vitam ducunt.* A supradicta tamen prohibitione excipiuntur Syndici Apostolici conventuum prælatorum Fratrum, ut ead. Sacra Congregat. respondit ad sequens dubium: *"An scilicet dicti Syndici comprehendantur in decreto emanato die 1. Decembris 1679. Sacra Congregatio &c. auditore Patre Ministro Generali Ordinis, & attentis narratis, censuit, ac declaravit præfatos Syndicos Apostolicos conventuum ejusdem Ordinis, non comprehendi in enunciato decreto."* Rom. 4. Decemb. 1699. = G. Card. Carpineus. = Joseph Emydus Ferrus pro Secretarius.

36 Super clausura monasteriorum quorumcumque virorum Regularium attendenda est novissima Summi Pontificis Benedicti XIV. constitutio incip. Regularis disciplina: in qua inter alia confirmat omnes constitutiones apostolicas, & decreta Concilii Tridentini quoad dictam clausuram sub iidem poenis ibi infictis; & deinde revocat quæcumque indulta, & privilegia admittendi foeminas intra clausuram conventuum quæcumque de causa, etiam devotionis, associandi processiones, & Sanctissimum Eucharistiæ sacramentum. Prohibetque quibuscumque etiam Cardinalibus, sive singulis, sive eorundem Cardinalium Congregationibus, ne facultates, & licentias ingrediendi clausuram conventuum Religiosorum foeminas ullo modo concedant, & concessas omnino invalidas declarat; ac decernit quemlibet ipsorum, & aliorum quorumcumque, etiam speciali mentione dignorum, quæcumque facultate hujusmodi temere uti audentem, ipso facto absque ulla alia declaratione poenas, & ecclesiasticas censuras incurrere, & incuras esse, à quibus præterquam à Romano Pontifice, nisi in mortis articulo, absolvi non possit. Ceterum pro hanc constitutionem non intendit derogatam esse iis concessionibus, quæ ad favorem quorumcumque nobilium foeminarum, ex eo quod sive eorum majores, ac pro tempore existentes de familia fuerint; & habeantur fundatores, vel insignes benefactores illius monasterii, intra cujus claustra, vel sep-

ta foeminas etiam de familia ingredi, vel concessum, vel cautum esse sibi voluerunt, & de concessione Injunctio de confirmationem ab Apostolica Sede obtinuerunt; sive foemina hujusmodi sint consanguineæ, & affines eorum, qui sunt domini in temporalibus locorum, in quibus monasteria sita reperiuntur; & quæcumque legitima tituli, vel consuetudinis causa, & occasione, ingressu hujusmodi de presenti gaudent, factæ, & impetratæ fuerunt; dummodo concessiones hujusmodi per apostolicas literas in forma brevis, vel sub plumbo expeditas duxerint, & non aliter omnino factas, & impetratas fuisse, prius Ordinaris locorum Antistitibus, vel Præsulibus per legitima, & authentica documenta constare fecerint; & dummodo, nec vagandi, nec otiosi, nec comedendi, cenandique, nec per ambulacra, cubicula, cœnacula, aliaque loca, & officinas discurrendi causa; seu ad ecclesiam accedendi, Sacrosanctum Missæ Sacrificium audiendi aliaque erga Deum pietatis officia, & opera exercendi studio ingrediantur: & dummodo de earum adventu, & ingressu, interdicti, & opportune faciendi, Superiores pro tempore existentes prius certiores fiant, ad hoc ut absque Fratrum incommodo, & offensione recto tramite ad ecclesiam pergatur, & alia de jure servanda observentur.

Circa clausuram multa erudite ac prudenter animadvertit sæpe laudatus Episcopus Joseph M. Maraviglia in suis legibus prudentiæ Episcopalis, lege 241. & seqq. quem consulte.

ADDENDA SUNT SEQUENTIA DECRETA.

DECRETUM.

37 Quo disposita, atque sancita à P. Vice Commissario Generali Ordinis Minor. Observ. Reform. S. Francisci pro conventibus recessus, seu recollectionis nuncupatis confirmantur.

"Sacra Congregatio super disciplina regulari expensio tenore epistolæ circularis Vice Commissarii Generalis Min. Observantium Reformatum S. Francisci data die 9. Januarii 1707. in qua sub num. 7. ubi de conventibus recessus, seu recollectionis agit, hæc habentur: E in detto convento, & conventi, ne quali dovrà attendersi al solo spirito, devozione, ed orazione, non vi potrà essere studio, nè Lettori, o altro Religioso esento da qualunque atto commune. Et mature pensis omnibus, & singulis deductis tam à dicto Vice Commissario Generali, & Procuratore Generali strictioris Observantia Sancti Francisci ex una, quam à Patribus habitantibus in conventibus recessus provinciarum Reformatarum Marchiæ, & Bononiæ partibus, nec altera, pro stabilitate conventuum recessus, sive recollectionis cum peculiaribus legibus rescriptis: executioni mandetur in omnibus provinciis prædicta epistola circularis Vice Commissarii Generalis sub die nona Januarii 1707. Et tam Superiores Generales, quam Provinciales omnino provideant conventus recollectioni, aliàs Sacra Congreg. providebit." Dat. Romæ hac die 24. Martii 1708. = J. R. Card. Imperialis Præfectus. = F. de Vico Secretarius.

DECRETUM.

38 De instituendis in unaquaque provincia strictioris Observantia Sancti Francisci conventibus spiritualis recessus pro Religiosis ferventioribus ad præscriptum epistolæ circularis P. à Monte Buso Vice Commissarii, aliàs à Sacra Congregatione confirmata.

"Cum ad aures Sacra Congregationis super disciplina regulari pervenerit, & multiplex fide dignorum testimonio fuerit comprobatum, in multis provinciis strictioris Observantia S. Francisci per Italiam, & Insulas adjacentes, epistolam circulearem Vice Commissarii Generalis à Monte Buso, datam 9. Januarii 1707. & ab hac Sacra Congregatione confirmatam 24. Martii 1708. plenum non sortiri effectum quoad demandatos spiritualis recessus convenus: volens propterea Sacra Congregatio ne talis inobservantia in regulari disciplina

detrimendum diutius protrahatur, opportune, & efficaciter providere, re mature discussa, auditisque pluries, tum voce, tum scripto Superioribus Ordinis, referente Eminentissimo Fabrono, rescriptis. Pro omnimoda observantia præfate epistolæ circularis Vice Commissarii Generalis à Monte Buso confirmata, ut supra, à Sacra Congregatione, de instituendis in unaquaque provincia supradictis conventibus spiritualis recessus pro Religiosis ferventioribus, & non concedatur licentia admittendi ad habitum, & professionem, nisi in provinciis, in quibus Sacra Congregationi constiterit, præfatos conventus re ipsa institutos esse, ac sedulo, & cum effectu à Superioribus Generalibus detur notula, ubi sint respective instituti dicti conventus." Romæ 10. Decembris 1714. = J. R. Card. Imperialis Præfectus. = F. de Vico Secretarius.

DECRETUM.

39 CONSIMILES præcedenti pro Minoribus Observantibus Sancti Francisci.

"Cum ad aures Sacra Congregationis super disciplina regulari pervenerit, & multiplex fide dignorum testimonio fuerit comprobatum in multis provinciis Minorum de Observantia Sancti Francisci per Italiam, & Insulas adjacentes Breve san. mem. Innocentii XI. quod incipit Militantis Ecclesie &c.: edium die 22. Novembris 1679. plenum non sortiri effectum, quoad demandatos recollectionem conventus; volens propterea eadem Sacra Congregatio, ne talis inobservantia in regulari disciplina detrimentum diutius protrahatur, opportune, & efficaciter providere, re mature discussa, auditisque pluries, tum voce, tum scriptis Superioribus Ordinis, referente, Eminentissimo Fabrono, censuit: supersederi pro nunc in expeditione novi Brevis, sed omnino servandam esse dispositionem Brevis san. mem. Innocentii XI. 22. Novembris 1679. de non concedenda licentia admittendi ad habitum, & ad professionem in illis provinciis, in quibus plene non constiterit Sacra Congregationi, supradictos recollectionum conventus institutos fuisse juxta formam in eodem Brevis præscriptam. Et interim detur à Superioribus Generalibus nota, ubi respective sunt recollectionum conventus." Romæ 10. Decembris 1714. = J. R. Card. Imperialis Præfectus. = F. de Vico Secretarius.

DECRETUM.

40 Quo officium prioratus conventus S. Marcelli de Urbe Ordinis Servorum B. M. V. declaratur incompatible cum cura animarum ejusdem Ecclesie, ac præterea statuitur, ut prædicta duo munia, tamquam incompatibilia, in omnibus conventibus ejusdem ordinis, societatis, & instituti seorsim, distinctisque personis demandentur.

"Mature discussa in Sacra Congreg. super disciplina regulari, habita sub die 28. Maji currentis anni 1715. causa incompatibilitatis prioratus conventus Sancti Marcelli de Urbe Ordinis Servorum B. M. V. & curæ animarum ejusdem Ecclesie, unitim in persona patris Hieronymi Allegri, Eminentissimi Patres, auditis partibus, unanimiter censuerunt, prædicta duo munia esse inter se incompatibilia, & insuper nominationem præfati patris Allegri in Priorum dicti conventus esse nullam: mandantes insimul, Sanctissimo Domino Nostro aprobante, ut enunciata duo officia seorsim provideantur in omnibus, & singulis conventibus ejusdem ordinis, societatis, aut instituti, quibus cura animarum incumbit, aut incumbere contigerit." Et ita perpetuo, & inviolabiliter observetur sub poenis arbitrio ejusdem Sacra Congregationis. = J. R. Card. Imperialis Præfectus. = F. de Vico Secretarius. ***

41 De excommunicatione, quam indiscriminatim incurrere sit Auctor num. 5. & plur. seq. foeminas ingredientibus clausuram conventuum virorum, tum Religiosas ipsas introducentes, vide quid sentiant Pirhing. in decretal. lib. 3. tit. 35. §. 6. num. 45. Engel. in collectio Jur. canon. lib. 3. tit. 35. num. 13. Schmalzgrueber. ERRATA. BIBLIOTE. TOM. II.

jur. eccles. univ. lib. 3. part. 4. tit. 35. §. 4. num. 131. Suar. de censur. dispur. 22. sect. 6. num. 10. & plur. sequent. &

CRAPULA.

Vide verb. Clericus art. 5. à num. 15. ad 23.

CRIMEN, prout est impedimentum matrimonii.

Vide verb. Impedimenta matrimon. art. 5. à numero. 79. ad 90.

CRUX.

SUMMARIUM.

- 1 Crux Christi à quo adinventæ: quare inter latronum duas alias fuit cognita: crescit lignum, etiam si præcidatur: crucis titulus Romanus quando inventus: si civitatem Ecclesie Præsules ingrediuntur, ut crux deseculetur, à quo debet porrigi: in processionibus defendenda: qui & à quibus, sit distinctio, ad num. 20.
- 21 Cruces an benedicendæ, & ubi requiritur earum positio: super oblata à Sacerdote facta qua forma faciendæ: quid, si cum Patena: ad ceteras, modus signatur, ad num. 27.
- 28 Nequit permitti in locis sordidatis cruce & imagines Sanctorum depingere: intra cujus limites erigendæ: ab Archiepiscopis ante se quo loco possit deferri: & ab Episcopis, si eis tale sit privilegium concessum, ad num. 34.
- 35 Remissive aliqua voluntur: origo crucis Caravacensis ostenditur: supplementa Auctoris perleguntur, & Addit. ex aliena manu, ad n. 48.

Crux Christi à Sancta Helena Constantini Magni Imperatoris matre fuit adinventæ. Ipsa enim in somniis admonita, conquirendæ, & adorandæ crucis studio Hierosolymam petit; ibique, ut scribit S. Ambrosius in oratione de obitu Theodosii, aperit humum, decurit pulverem, tria patibula confusa reperit, quæ ruina contexerat inimicus absconderat; sicque divinis monita visionibus beatissimum crucis lignum Sanctissimæ Imperatrix invenit, Nicephorus lib. 8. cap. 29. Socrates lib. 1. cap. 12. Theodoretus lib. 1. cap. 18. & alii cum Baronio tom. 3. anno 326.

Cum autem tres simul fuissent cruce reperte, & titulus Dominice Crucis seorsim ab illis, propterea que dubitaretur quænam illa foret, in qua Dei Filius dependisset, eam dubitationem sustulit miraculum; quippe Marcus Hierosolymorum Episcopus, factis Deo precibus, eas in conspectu Imperatricis cuidam feminæ gravi morbo laboranti admovit, cui cum reliquæ nihil profuissent, adhibita tertia crux, statim eam sanavit. Sic Rufinus Aquilejensis lib. 1. histor. cap. 7. & 8. Theodoretus lib. 1. cap. 18. Socrates lib. 1. cap. 15. Sozomenus lib. 2. cap. 1. apud Baronium tom. 2. anno 326. num. 47. & concordat Brevarium Romanum lectio, 5. Festi inventionis Sanctæ Crucis. Sanctus Paulinus tamen epist. 11. ad Severum, & ipse Severus histor. lib. 2. apud Baronium loc. cit. num. 46. non seminecem foeminae sanitati restituit, sed mortuum ad vitam revocatum tradidit, quod cadaveri illato cruce dux adhibita fuerunt, quas mors sprevit; at vero ubi tertia adnota est, Dominicam cruce esse prodidit resurrectio, & ad salutarem ligni tactum, morte profuga, funus excussum, & corpus erectum est; tremefactisque viventibus, stetit mortuus, & funereus, ut Lazarus quondam, vinculis expeditus, illico inter spectatores suos redidivus incesit. Nide-